LIBER USUUM ORDINIS CISTERCIENSIS

Kaisheim oder Stams, Ende 13. Jh. Seite 49r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31256
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



abbatis. Qui dum quieue
rit? adiuuet illum fratrem
ad incluendum. Qui indu
tus et erectus. non se moue
at donec abbas dicat ite ses
sum. Et tunc inclinans? eat
in locum suum. Hoc quoq; sci
endum est quod ille qui in
ferioris gradus est. non deb;
uerberare superiorem. id est dia
conus sacerdotem? sed equalis
equalem. uel superior inferiorem
Hoc etiam caueatur? ne aliquis
extra capitulum loquatur uel
significet de culpis. seu de secre
tis causis alicui. que in capitu
lo pertractantur. Quod si episcopus uel
abbas monachorum seu cleri
corum regularium uel etiam
rex aliquando capitulum in
trauerit? assurgentes ei omnes
inclinent. cum ante eos tran
sierit. Quod si societatem quesie
rit? assurgentib; omnib; con
cedatur ei per librum. Et respon
so amen? similiter abbas que
rat ab eo partem beneficii sui.
Qui postquam demoratus
fuerit. quantum tenenti ca
pitulum placuerit. et deducat
eum ad hospicium prior. uel

cui iusserit abbas. antequam
conuentus egrediatur? nisi
abbas usq; ad finem capitu
li eum retinere uoluerit. Quod
si monachus uel clericus. per
etiam laicus fuerit? seden
do concessa ei societate. a quoli
bet fratre deducatur. Si quis
ex quo fratres ingressi sunt
capitulum inde exierit nisi uis
sus aut sanguinem de na
ribus fluens. uel etiam uo
mens. siue pro tabula ad le
gendum afferenda? satis
facere debet. Sed nec licenti
am quis querat nisi coquus
fuerit aut obedientialis.
aut nature necessitas com
pulerit. et uel cui abbas
ante indixerit? aut qui
in uia dirigendus fuerit.
Isti namq; cum necesse ha
buerint? solent pro offici
o suo signo exeundi licen
tiam querere. Tractatis igitur
que tractanda sunt. sur
gentes omnes uertant
se ad orientem. et sic qui
tenet capitulum dicat.
adiutorium nostrum
in nomine domini. et

49